

Kretz, C.  
De Luiani dialogo  
Toxaride

PA  
4230  
T6K74







12. Fev.  
1891.

# De Luciani dialogo Toxaride

*exaudiens Luc. anthr.*

scripsit

C. Kretz.

Beilage zum Jahres-Bericht des Gymnasiums in Offenburg

1890—1891.



Offenburg.

Druck von A. Reil & Cie.

1891.

1891. Progr.-Nr. 604.

41  
+ - - 2  
6 7 4



Immanuelis Bekkerns in editionis Luciani operum præfatione haec scripsit: „postquam animum ad edendum appuli, nihil habui antiquius quam ut eam investigarem continuationem seriemque libellorum, qua aliis ex alio nexus et omnes inter se apti et colligati viderentur.“ Ab his initiis profectus Bekkerus ordinem certum Luciani libellorum restituere conabatur idque ita, ut omnes libellos, qui non bene hinc ordini inseri potuerunt aut qui nescio qua de causa Luciani nomine indigni videbantur, genuinos esse negaret. Atque eo adductus est, ut duodecim spurius esse contuleret. Contendit quidem non probavit; nam ne unum quidem argumentum ad opinionem suam defendendam attulit. Quae ratio cum haud paucis viris doctis non probaretur, Isidorus Guttentagius, discipulus I. Bekkeri conabatur sententiam magistri tueri. Qui ad Luciani dialogum Τοξαρίδης της πόλεως, quem libellum inter veteros Bekkerus tacito spurium declaraverat, animum attendit atque commentaryne, quae inscribitur: „De subdito qui inter Lucianos legi solet dialogo Toxaride“ Bekkerum recte indicasse, ut demonstret, valde operam dat. Ipsi quidem dialogum Toxarim subditum esse usque eo persuasum est, ut dissert. p. 3 satis audacter scribat: „atque ita hoc me exsecuturum esse puto, ut nemo bene sanus dehinc Luciani, elegantis scriptoris, nomine Toxarim dialogum dignum existimet.“ Quod quo iure dicit, iam queramus.

Priusquam singula persequar, in universum monendum puto cum aliis viros doctos tum Guttentagium Luciani opuscula tractantes nimis multis in rebus offendisse, quasi Lucianus diligentissimus fuerit scriptor atque ubique semperque aente anxieque cautionem atque diligentiam adhibuerit, ne quid scriberet, quod ab usn et ordine abhorreret. Neminem vero puto esse qui neget Lucianum fuisse scriptorem elegantissimum: sed non minus quicunque libellos eius perlegit mea sententia concedit pernitos locos inveniri, quibus scriptor non nimis diligenter se gessit. Evidem a Rothsteinio dissentire nolim, qui dicit (Quæst. Lucianæ p. 100) Lucianum minime pari diligentia tractare singula solere, a cogitandi autem et dicendi severitate illa que ab antiquis scriptoribus posci soleat quam maxime abesse. Itaque si quis libelli, qui adhuc a Luciano scripti putabantur, utrum genuini an spurii sint discernere vult, accuratissime in opera Luciani se insinuet et, ut Fritzschi verbis utar, in ipsius scriptoris ingenium, tanquam in aliquod saeculum studeat penetrare necesse est. Mirum ergo non est quod Fritzschius I. „De libris pseudolucianis“ (ed. Lue. vol. III pag. LXIV—LXXXI) non raro Bekkerum acriter petivit. Ante omnia haec verba digna videntur, quæ moneantur: „neque in tota Bekkeri editione ulla conjectura extat, quam ex usu unus petierit Luciani. Quo magis licet mirari, unde hic criticus sibi visus sit exploratum habere, quid dignum Luciano esset quidve indignum.“ Eadem de causa ex Guttentagio queri potest, quid habuerit, quod Toxarim Luciani nomine indignum putet. Nam ni fallor ne uno quidem loco, quo aliqua in re offendit, ad Luciani ipsius sermonem et rationem scribendi respicit. Itaque, quamquam ne ad talem laborem

subeundum non satis instructus sim vereor, eonari tamen velim Guttentagium non semper recte iudicasse demonstrare.

Primum quidem G. verba pauca de dialogi argumento et dispositione facit. Jam pag. 2 locum monet, quo scriptorem peccasse contendit. Toxaris enim, postquam disertissime exposuit, eum et qua ratione Seytha Orestem et Pyladem colerent, proponit Mnesippo, ut uterque quinque paria amicorum suae gentis proferat, ut intellegatur, utrum apud Seythas an Graecos meliores amici reperiantur; quo in certamine Seythas Graecis superiores fore Toxaridi iam persuasum est ita, ut perget ὁπότερος . . . ἀμείνοντι παράστηται τούς φίλους, αἵτοι τε γενευηνῶς ἔσται καὶ τὴν αἵτοι ἀγκυρόβεατον ἄγοντα καὶ τερψίστατον ἀγωνιστήμενος ὡς ἔργος πολὺ ἡδιον τὸ μοῖρον δοκεῖ φανομένῳ ἡττηθεῖς ἀποτυπθῆναι τὴν δεξιάν. Οπερ τῆς Σωτηρίας ἐπιτίμου ἔσται, τὴν γένεσιν ἔσται φίλους πεντητεύειν. Ad haec G. adnotat: „malle se igitur dicit (Toxaris) certamine singulari victo dextram amputari, quam se in amicitia alio viliorem iudicari, se vero victum re vera id pati velle non dicit. Mirandum præterea est, quod Mnesippus μονομάχειν voce, quæ de eis tantum usurpatur, qui in singulari pugna armis contendunt, propositum de amicis utriusque gentis certamen significari intellegit.“ Re vera elucet cap. 11 Mnesippum putare Toxarim verbis suis declarare se certamine de amicis utriusque gentis proposito victum dextram sibi amputari passurum esse. Itaque concedendum est G. hoc non iniuste vituperare. Sed etiam inde eluet quam subtiliter in scriptorem inquirat. Primum quidem non afferre neglegam eum vix iure in universum dicere vocem μονομάχειν de eis tantum usurpari, qui in singulari pugna armis contendant neque hac voce concertationem verborum significari posse. Nam hanc ipsam significationem Lucianus exhibit Eunuch. 3, quo loco de philosophis inter se disputantibus et clamantibus dicitur. Sed nostro loco num putare liceat verbo hanc significationem tribuisse scriptorem ipse dubito. Hand scio an ὡς vocabulum primum locum enuntiati obtinens ad verba antecedentia non bene quadret. Seytham dicentem audiamus: is, qui amicitias pulchriores narraverit, palmam feret; ego igitur malo mihi dextram amputari certamine singulari vieto, quam seq. Hoc loco vocem ὡς plane superfluam esse pro certo statuendum esse puto et suspicor particulam olim non ante ἔγωγε sed ante μονομάχον fuisse et neglegentia librarii loco suo motam esse. Difficultas hac leni mutatione solvitur. Si enim legimus Seytham dicere: „equidem malim ut victus certamine singulari dextra privari, quam in amicitia alio vilior indicari“, non iam mirum est quod Graecus sive iratus, quoniam Toxaris his verbis Seythas amicitia Graecis multo præstare sibi persuasum esse satis dilueide profitetur, sive per iocum respondet: bene habet! da mili si lem te ita facturum, ego idem pollicor. Immo vero quod G. dicit: „malle se dicit sibi victo dextram amputari, re vera id pati velle non dicit“ et quod offendit in verbis τὴν γένεσιν ἔσται φίλους πεντητεύειν, cum non de ea re disceptetur, uter eorum amicus præstantior sit, sed utrum Seytha et Graecus cognoscunt utrumque amicitias claras proferre posse itaque desinunt inter se concertare et amicitiam inenunt.

Cum autem Seytha et Graecus in fine dialogi id quod constituerant non perficiunt, G. quibus verbis totum libellum quam maxime condemnat vix reperit. Quod neminem ei consentire puto, quoniam res vix pulchriore modo solvi potuit. Num vituperandum est quod alter linguam alter manum non obsecat? Seytha et Graecus cognoscunt utrumque amicitias claras proferre posse itaque desinunt inter se concertare et amicitiam inenunt.

His præmissis G. dicit tria potissimum scriptoris Toxaridis propria esse, e quibus huius ingenii egestatem et pravitatem maxime appareat: „in proferendis, inquit, amicorum paribus pericula, quæ alter pro altero adit, ita auget, ut ea, quæ narrantur, nullo pacto fieri potuisse appareat; deinde gravioribus ita adiungere levia solet, ut rerum descriptio inepta sit; tum aut, quod pessimum tautologiae, ut ita dicam, genus est, nonaunquam unum idemque et causam rei et rem ipsam ponit, aut quæ quid efficiunt eum eis, quæ efficiuntur, confundit.“ Hie ad verba puto Rothsteinum spectare scribentem (pagg. 37 et 38) iis quæ de libelli sermone diligentissime observaverit G. plane contrarium sibi videri demonstrare eius sententia quam ille Bekkerus secutus probare voluerit. Eis verbis quæ G. primo loco facit hanc scio an nimis severe scriptorem petat. Ante omnia non querendum est, et quæ narrantur vera si tane sint. Omnia fere sine dubio indigna sunt, quibus fides habeatur. Sed hinc non sequitur libellum Luciano denegandum esse. Immo vero querendum est, Lucianus hoc opusculum componens quid sibi voluerit. Hinc quæstioni autem a Rhodio iam diu responsum verum datum est. Qui vir doctissimus I. „Der griechische Roman und seine Vorläufer“ p. 336, postquam de sophistis, qui vocantur, Luciani aetate florentibus eorumque moribus, scriptis, genere dicendi plurima exposuit, docet: „Man versuchte aber auch, teils in mythischen Erzählungen, teils in selbst erfunlenen Novellen die Kunst des Erzählers trotz dem besten epischen Dichter zu bewähren. Hierher gehören teils einige Stücke in Aelians „vermischten Geschichten“, teils solche Versuche wie Lucians Toxaris“. Itaque non putandum est rem tam gravem esse quam G. videtur. Non certamen Lucianus proponit, quo alter alterum acriter ingreditur, sed il solum agit, ut nos narrationibus aliquot deleget. Idque ut bene perficiatur resque eum alacritate proferantur, dialogi forma utitur. Quod autem dictiones uberae sunt et res nimis augmentur et vario modo exornantur, non licet nobis offendere. Nam in declamationibus, προλογίαι illis aliisque libellis a Luciano iuvene scriptis easdem ratio invenitur: fortasse igitur concludi potest cum C. F. Hermanno Toxarim illis temporibus compositum esse, quibus Lucianus studiis rhetoriciis non lumi animum abverterat. (C. F. Hermann, Gesammelte Abhandlungen p. 211.) Hae de re infra nobis plura dicendi erit occasio.

Vitia alia, quæ G. monuit, inveniri statim nonnullis exemplis demonstrare conatur. Primum p. 3 verba e. 1 οἱ θηρώπεων: πατέρι κόπτον; οὐ γάρ δι, επί εἰρησεις θυτεῖ κόπτοι. νεκροῖς γε οὐδὲ ferri posse negat. Hoe dicit Mnesippus ad Toxarim, qui explicat quam magnis honoribus et laudibus Orestes et Pylades apud Seythas efferantur. Hie G. scriptorem ea quæ efficiantur cum eis quæ quid efficiant confusisse putat. Nonne, inquit, qui ab altero aliquid per bonam gratiam adipisci studet, benevolentiam eius sibi comparet oportet? ita ut credere quispiam queat gratiam mortuorum conciliari posse, bona ab eis impetrari non posse. recordis vero hominis sit cogitare, bona ab eis impetrari posse, gratiam conciliari non posse, quod mortui sint. Nimis subtiliter G. se gerere puto. Verbo προλογίαι minime significationem „bona impetrare cupere“ inesse statui oportet; idem vero valet quod „petere“ et loens, si interpretamur: quid omnino petitis ab eis? ut benevoli vobis sint certe non sacrificatis nam id impetrare non potestis, quoniam mortui sunt, simplicissimus neque quicquam falsi aut perversi in verbis latere mihi videtur. Si quis ita ut G. omnes in Luciani libros inquireret, permulti loci ei offensionem praebent.

Pag. 4 G. tractat locum e. 5: ὁ δὲ δι, μάλιστα καταπλακήσεις τῶν χαλκῶν, ἐκεῖνοι ἐπικαθίμεν, τοῦτο ἔστιν. δι τούτην ἔδοξεν φύσις αὐτοῖς δι, χριστοῖς ἀπόκτηνον γεγενήσασι: καὶ τοῖς θύλαις νομοθετεῖς κατατίγαται.

ως γρή, τοις φίλοις ἀπάντης τας τύχης ποιημονεύ. καὶ ὅποι Σκυθῶν τῶν ἀπόστων θεραπεύεται. Extrema huius enuntiati verba καὶ . . . . θεραπεύεται eis, quae antecedunt, perverse adiuneta esse iam diu viri docti probaverunt. Jacobitus ad locum defendendum attulit verba c. 21 libelli de Peregrini morte ἀντίτιῳ γάρ μόνον τὸ στήμα καὶ πότικα τεινάντα: atque adnotavit „ex antecedente ως γάρ cogitatione ad haec (Toxaridis) verba adde ως διαγνώσκων ἔστων et videbis verba optime cohaerere“. Sed hoc modo locum minime sanari G. recte docet. Itaque, nisi forte cum Solano locum omnino non intellegi posse putare volumus, id tantum restat, ut Jacobo assentiamur, qui verba ita scribi vult . . . . τούτο ἔστω. οὐτοὶ δέσποιντες φίλοι οὗτοι δηλοῦσται ἀπόστων γεγενηθεῖσαι. καὶ κατατίθενται . . . . καὶ . . . . θεραπεύεται.

Verba c. 3 γελοῖς γάρ δὲ ταῦτα δέσποινται καὶ ὑπενυκτικά τοῖς πάλαι: male ad antecedentia adiungi indicat, cum eis nihil novi addatur, sed pæne idem repetatur. Sed G. non consentio. Mnesippus dicit per iocum videri Seythas Orestem et Pyladem deos credere propterea quod ei e terra Scytharum deos auferre ausi sint (c. 2 εἰτ., σφραγίδα. ἡντὶ τῶν θεῶν ἀπόστων τοὺς ἐπί ξενιζοῦντας ζεύκοντας ἄνθρακας ἐκθεάζεται καὶ θεραπεύοντες ὑπόν τούτους ως θεοῖς), aliam causam se intelligere non posse; si res ita se non habeat, dicat Toxaris veram causam, nam ipsi hanc rem ridiculam et pristino Scytharum mori contraria videri. Si quidem eo modo quo G. locum explicaremus, baud dubie nobis legendum esset: γελοῖς δὲ δὲ ταῦτα δέσποινται καὶ. Eumque ita sensisse elucet ex eius interpretatione loci: „si eos, quibus antea non sacrificavistis ut deis, nunc nullo beneficio accepto e contrario deos esse creditis sacrificiisque colitis, — contrarium faciatis ei, quod antea facere solebatis“.

His prolatis G. exempla congerit, quibus alterum illud vitium scriptoris proprium — gravioribus ita adiungere levia solet, ut rerum descriptio inepta sit — cognosci vult.

Primum quidem vituperat, quod c. 7 gravioribus σίνης ἀνθρώπων ταῦτα ὥντηγεν εἴναι prave subiuneta sint leviora (ἀλλά των τρώματος βελτίωνος) γε καὶ τοὺς πολλοὺς τοῖς τούτους ἀνθρώπους. οἱ καὶ. Pro uno tantum vocabulo ad rem simplicem significandam Lucianus multa verba exhibuit; quem usum eum adamassem omnibus qui scripta perlegerunt notum est. Præterea monendum est multos locos apud Lucianum extare, quibus aut leviora post graviora posita aut leviora et graviora commixta leguntur. Afferam hos tantum: Rhet. præc. 23 ἀγρεῖν γε ἐπιφρενεῖν γε, ιασθεῖσαντας γε, διατριβλεῖν γε, τείνεσθαι. Charon 11 οὐ γάρ σίδηται ὅτοι πολλοὶ διὰ τούτο πάντες καὶ ἐπιφρενεῖσθαι καὶ ἐπιφρενεῖσθαι καὶ φόνοι καὶ δειρά καὶ πλούς μακρούς καὶ ἐμπορεῖσθαι καὶ δουλεῖσθαι; Gall. 20 διαλέκτοις βασιλεῖσθαι καὶ πένηται καὶ πλ. οὐσίαις. Phalar. I. 8 ἔργοιν καὶ ἀνθρώπους ἀνθρώπους εἴναι. Alex. 4 ἀλεξανδρεῖς Πράκτορες καὶ Ζεύς ἀποτρέπειν καὶ Διότανοροι ποτῆρες. — Ilue spectant c. 19 quoque haec verba πνεύματον καὶ μόρια ἔχοντας ἡπερέγκυατα pro quibus reetius dicendum esse G. videbatur: μόρια ἔχοντας ἡπερέγκυατα καὶ πνεύματον.

Non minore iniuria G. offendere mihi videtur in c. 7, quod, postquam a Toxaride longe lateque dictum sit: „hoc enim scias amicitia maius a Seythis nihil existimari, neque esse quicquam, in quo magis glorientur, quam si participes periculorum amicis se præbuerint; propertea Orestem et Pyladem colimus, enim præstantissimi fuerint in eis, quae bona Seytharum sunt“, dенно ad satietatem repetatur καὶ ἐν τούτῃ διενεγκότατη. οἱ πρώτοι γρεῖται ἀπόστων θεραπεύονται. Eleganter vero non est easdem res iterum atque iterum dicere, sed quod non eleganter dictum est a Luciani usu dicendi abhorrere contendere non licet. Nam hic non est solus locus, quo Lucianus tam copiose et abundantanter loquitur, sed hunc usum persæpe apud eum invenimus.

„Ubique enim in Luciani scriptis appetet sermonis non abundantia aut libertas, sed luxuria et loquacitas siepius vix tolerabilis, qua maxime minui horum opuselorum elegantia mihi videtur. Neque tam proprium hoc est vitium Luciani quam commune illius aetatis qua singulorum verborum propriae significations neque ab iis qui recitabant neque ab auditoribus ea vi percipiebantur, ut non eadem iterum iterumque inculeando orationis vim intendere sibi videri possent“. Quae verba Rothsteinii (Q. L. p. 101) vera esse omnibus qui Luciani ratione in scribendi cognitam habent profitendum est.

Maioris momenti sunt verba c. 15 οὐ ποτὲ καὶ ἡδη καὶ μεταρίζει, quae G., cum antea copiose enarratum sit quibus astutis artificeis Charilea adulescentes capere et delenire scierit, inepte adiungi sibi persunxit. Idem valet ad c. 14 extr. καὶ ποτὲ τοντρέψῃς πολλὰ ικτενθεῖς, quem locum eadem pagina G. tractat. Quos locos miro videri non negem, sed a Luciani eloctione non alienos eos esse aliis locis cognoscitur. Vox ποτὲ non raro adhibetur, ut aliquid certi modeste aut leniter proferatur. Digni, qui adscribantur, loci extant Pro merc. cond. 17, ubi postquam antecedentibus enuntiatis longe lateque narratum est, quam aeriter homines illi epulantes hospitem miserum cavillarentur, par. extr. dicitur καὶ ποτὲ ἡδη καὶ πρὸς διαβολής των κύτων παρατενεύσασται. Eiusdem libelli c. 39 eodem modo legitur καὶ ποτὲ καὶ διαβολής τις ἡρεμητικῶν ικτενθεῖσται καὶ. Deor. dial. 6, 5 πρόγονοι κατεῖθων ἵστων καὶ δικρίσεται ἀπαρτικά λέγοντα συγγενεῖσθαι. Ήρεμητικῶν τοις τῷ Διὶ καὶ ποτὲ τὴν ἡνὸν μετρίαν ποτοῦ. Seytha 2 τὰ δὲ ἄλλα τις πτίχης καὶ τὸ πρόσωπον ὁ γρόνος ἡδη ἐνοψίαν ποτε. Praterea verba καὶ ποτὲ τοντρέψῃς πολλὰ ικτενθεῖς obsecene dicta esse G. negari vult idque quod sua sententia, si ita interpretaremur, πολλὰ ικτενθεῖς ad sensum non quadraret. Sed ex Sympos. 46 elueet formam τοντρέψῃς εἰς eum obsecenam significationem habere tum verbis πολλὰ ικτενθεῖς perbene adiungi posse. — Neque nobis placeant G. verba „atque magis etiam mirabile id sit propterea, quod in eis, quae referre pergit (καὶ τὸ ἐντεῦθεν ἡδη, ἡδὸν καὶ...) minime de ea re dubitare videntur“, nam ea quae sequuntur referri possunt ad verba ἵστως δι, ὁ μακάρως ἐπειδήτη, καὶ δὲ εἴκα καὶ ταῖς Ἐρετίων γυναιξὶ περιπόθητος, quae pro certo dicta sunt.

Quamquam iam constare puto G. non iure scriptori opprobrio tribuere quod ab eo eademi res iterum atque iterum repetantur aut quod levia gravioribus adiungantur, tamen adnotationem eius ad finem c. 15 non omittam. Dicit enim notionem καὶ λέπτα ἣν ἀκριβῆς τὸ πρᾶγμα denovo, quamquam antecedenti enuntiato satis superque res quomodo se habeat explicatum sit, confirmari argumentis, quae per se quidem non mediocria leviora tamen sint quam ea, quae antecesserint. Quod G. non consentio; mihi quidem verba, quae post καὶ λέπτα ἣν ἀκριβῆς τὸ πρᾶγμα extant (τὰ ψὲν γέρες δώρα τὸ κατὰ μῆκα καὶ στεφάνως ἀντεδίδοτο κατεῖ), ἀλλὰ συνομικαὶ διὰ καὶ ἡρεμητικῶν καὶ ικτενθεῖσται καὶ γρόνον ἐπειδήτης καὶ γρόνον ὁπότου ἐπειδήτου) optime quadrare videntur, quoniam eis elueet non modo quantus fuerit amor nefastus ille Dinias, sed etiam quanta calamitate ex eo affectus sit. —

De eis quae G. de c. 19 — in quo post levia illa mala, decumanas undas et turbinem, grando, gravis navigantibus calamitas addatur — profert, non iam quicquam monere necesse est, quoniam supra satis dictum est de hoc Luciani usu. Rectius dicit pro τρέχει δὲ ἐπιθυμητὸν πάντας βογήτεν καὶ ἐλεύθερον τὴν τριμέρειαν τῶν ἀνδρῶν, μὴ δινοτεῖται δὲ . . . melius scribendum fuisse τρέχει δὲ ἐλεύθερον τὴν τριμέρειαν τῶν ἀνδρῶν καὶ ἐπιθυμητὸν μὲν πάντας βογήτεν, μὴ δινοτεῖται δὲ . . . Quem locum neglegenter scriptum nemo neget, sed haec non est causa, cur eum omnino non

probemus; nam alias quoque Lucianum neglegenter scriptis seimus; mihi quidem in mentem venit De saltat. 27 . . . οὐτοις δὲ Πρακτῆς καὶ τὸν εἰπεῖνθόν φυσιθέητον εἰπλακθύμενος καὶ μήτε τὴν λεοντίην σιγεστήσεις γάρ τοι ἀποπλάνου ὁ περίκενται. —

Hilis locis tractatis, quibus tria illa vitia scriptoris propria optime cognosci putat, G. ad initium dialogi revertitur et locos omnes, quibus quid offensionis inesse suspicatur ex ordine illustrat. Primum c. 1 M. νόμος δὲ ὅμην καὶ ἀνδράτων ἀγαθῶντος ἀποικιασθεῖσα θέσην ὡσπερ θεοῖς; T. οὐ μόνον. ἂλλα καὶ ἔργατος καὶ πανηγύρεσι παρουσιαν ἀντοῦς verborum constrictio ei non placet; post οὐ μόνον addendum esse θέσην, quod is qui legat adduci possit, ut ad verba οὐ μόνον ex antecedentibus voces τοῖς ἀνδράτων intellegat. Nimis subtiliter hic se gerit G. Sed fac dictionem male adhibitat et dignam esse, quae vituperetur, tamen non abhorret a Luciani usu dieendi. Afferi liceat Paras. 43 verba καὶ λόγους λέγειν ἄρχαγμένοι. ἀρετὴν δὲ οὐ. ubi haud scio an simili modo post ἀρετὴν δὲ οὐ exhibenda sit vox ἄρχαγμένοι. ne quis putet supplementam esse vocem λέγειν. Aptius fortasse ad Toxaridis locum exhibeamus Dial. Mar. I, 2 Δ. Ἔρωτας. ὁ Γαλάξεις, οὐκ ἐραστὴν. ἂλλα ἐρώμενον ἔχειν τὸν Ηολύφτημαν. οὐκ ἐπαινεῖται καὶ τὸν. Γ. Οὐκ ἐρώμενον. ἂλλα τὸ πάντα διεπιτεττάκον τοῦτο οὐ ψέμω ὅμην καὶ. Hic enim post ἐρώμενον verbum ἔχω desideratur. Optime ceterum inde intellegi potest, qua ratione in Toxaridis scriptorem G. animadveritat, quippe qui sibi persuaserit, Lucianum scriptis diligentissime et semper usum Atticorum scriptorum observasse et hanc ob rem omnia quae aliquo modo ab hoc usu abhorrent Luciano deneganda esse putet. Quam sententiam falsam esse Fritzschius, quo vix quisquam peritior elocutionis Luciani est, iam diu et Rothsteinius nuper docuerunt.

Ubertatem verborum ἐπιθέμενοι τοῖς δεσμοφύλακαῖς καὶ τῆς φύσιοφάς ἐπικρατεῖσας monet, quae orationi non lucem afferat, sed tenebras offundat. Sed quicunque Luciani opera perlegerit, inveniet eum res simplicissimas persæpe non uno tantum, sed tribus aut quattuor vocabulis significare. Itaque non modo permultas tautologias, quae vocantur, invenimus, sed etiam verborum abundantiam et strepitum. De usu Luciani quae dicit Rothsteinius supra memorata sunt. Qui vir doctissimus multa exempla dissert. pagg. 101, 102, 103 notavit. Concedendum autem est cum Rothsteinio non in omnibus scriptis eundem huins usus gradum apparere. Idem iam C. F. Hermannus de Toxaride diceens monuit verbis his: „Schon Stil und Sprache zwingt uns, Werke wie Toxaris und Imagines in die Zeit zu setzen, wo sein Geist noch in jugendlicher Üppigkeit wucherte und noch nicht ganz aus dem erkünstelten Blütenrausche asiatischer Rhetorik zu der Nüchternheit des silberklaren Brunnquells attischer Prosa erwacht war“.

C. 2 verba καὶ τοινεῖσθεν καὶ τοις πρὸς τὰ παλαιὰ τραπεζῆς non facilia esse intellectu non neganduni est. Quod autem G. contendit verba ἐμοὶ μὲν γάρ δοκεῖσθαι τάχιστα ἣν αὐτοῖς ἀνεβεῖσθαι καὶ θέσοι γενέσθαι ineptias non facetias continere, primū omnesne id ei consentiant dubitem deinde Luciani facetias non semper tam aeres esse quam G. vult constare puto.

C. 3 verba δέοντας perperam aut obscure, fortasse neglegenter pro διο μόνον δέοντα scripta esse G. videntur. Sed haec verba ut extant perbene ferri posse intellegimus Char. c. 4 verbis καὶ διαγράμματα. ὁ Ερμῆ. δέοντας ἀνατέθεισθαι ἀράμενοι τὸ Ηγέλιον γη τὴν Τοσσαν, quo loco δέοντας idem valet quod „duo tantum“. Præterea conferas velim Iup. conf. 19 ἐδεσμηγε μὲν ἔτει καὶ τοῦτο ἐρέσθαι τοι, ποιοὶ σι Μοίραι διατριβούσι τὴν πάτη ἐργανοῦνται τῇ ἐπιμελείᾳ τῶν τοσούτων ἐς τὸ λεπτότατον, καὶ τοῦτο τρεῖς σύνται: Dial. Mort. 9, 2 ΗΟΔ. Οὐκ. ἂλλα ἐραστὰς εἴχον φύσιον. ΣΙΜ. Τεγέλεσσας ἐραστὰς τὸ τριλυκούστος ἥν. δέοντας τέτταρας ἔχουν.

In verbis μὴ καταπλακέντας μήτε τοῖς μόδοις τοῖς εἰς αὐτῷ μήτε τίν προστηγορίαν καταδίεισαντας difficultatem inesse non negandum est. G. igitur, eum μὴ καταπλακέντας ad utramque partem adiunetam ad τοὺς μόδους et ad τὴν προστηγορίαν referendum sit, καταδίεισαντας prorsus supervacaneum esse censem. Sed μὴ καταπλακέντας ad priorem tantum partem (τοὺς μόδους) referri voluisse scriptorem intellegi potest ex simili loco, qui extat Anachars. 38: μὴ καταριάσας μῆδε ἐκεῖνον μῆδε οἶεσθαι μάτην πονεῖν αὐτούς.

Quod e. 4 in enuntiato ποιῶσις ἂν τοι θεοτέρων ἐκείνων ἀποδεῖσθαι τοῖς ἐμπόροις καὶ μᾶλιστα τοῖς φοίνικας αὐτῶν. οὐκ εἰς τὸν πόνον . . . . ἐπιλέοντας ante οὐκ εἰς articulus aut partienla ἄτε desideratur, num sit offensioni dubito. Nam Du Mesnilius p. 57 commentationis, quae inscribitur „Grammatica, quam Lucianus in scriptis suis secutus est, ratio cum antiquorum Atticorum ratione comparatur“ ostendit multis locis articulum a Luciano omissum esse.

In verbis e. 6 πλέον Ὀρέστης ἔμικτῷ τῷ φύλῳ, εἴτα — διαφθερεῖσθαι — τὰς γενές συνειδημένος καὶ — παρεπενεκτημένος, καὶ τὸ Περιένεια ἕδη κατέρρεσται αὐτῶν κατατυποῦ δὲ — ἕδη ἐκδεδούκως τὰ δεσμά τρίγραπτα. καὶ φονεύων — καὶ τέλος ἀποπλέοντες. ἔχοντες . . . plus negligenter quam artis inesse neque Jacobum dieentem hanc orationem commotiori animo aptam esse recte iudicasse Guttentagio consentio. Sed aliis quoque locis invenimus eandem negligentiam, ut nos adduci non necesse sit, ut eam a Luciano alienam arbitremur. Conferas initium libelli qui inscribitur Apologia: Ήλλας οὐκοῦ πορίς ἐμποιεῖσθαι. ἔτονά τοι εἰκῇ ἐπειδήτει εἰπεῖν ἀναγράνται γῆραν τὸ περὶ τῶν ἐπὶ μαστῷ συνόντων βιβλίον δὲ μὲν τῷρ τριγλαστὶ διεξῆγεις αὐτὸν καὶ πάντα μοι πρόσθηκον. De Paras. 51 οὐδεὶς ἂν ὑποτείνῃ θηρίον ὅμοιον ἴσον. ὁ δὲ παράστας αὐτὰ τα ἐπιέντα μένει. Adv. indoct. 28. προσδώσει γάρ τε καὶ ἀποκατέβει τὰ ἄλλα ὑψῶν τρωρίζεται.

Pag. 10 G. res, quae e. 6 narrantur, ita ut scriptor proferat pingi non posse atque picta fuisse incepte narrari contendit. Sed difficultas non tanta est, quanta videtur; suspicandum est non unam fuisse tabulam sed multas, quibus res varie perbene pingi potuerunt. Sed non hoc loco solo pictura ita describitur, sed etiam Pro merc. cond. 42, quo loco etiam statuendum est res quae narrantur una tantum tabula pingi non potuisse, sed compluribus. Omnino autem, antequam talibus de locis dicamus, in usum ἐπεράξεων quae vocantur accuratius inquirere nos opus est.

In e. 8 enuntiato τοῖς μόνον ἄρα τοξεύειν ἀγαθοῖς ἡταν Σχήται: . . . ἄλλα καὶ ἡταν ὑπάντειοι πιθανώτατοι: vocabulum ἡταν male exhibitum esse. Quae dicit Graecus Seytha, qui paulo ante permultis verbis res ab Oreste et Pylade gestas narravit et nimia laude extulit. Non sine causa G. adnotat: potuit quidem scribi ἡταν ἄρα εἰπεῖν πιθανώτατος ἡταν, ut sententia esset: „tum cum dicebas te sollerter prebebidas“, hoc vero „Seytha ad persuadendum callidi erant, cum loquebaris“ prave dictum est. Sed haud scio an accipi possit vocabulum εἰπεῖν aut tale quid post πιθανώτατοι desiderari; permultis enim locis Lucianum verba omissose ita, ut enuntiata haud raro non perfecta videantur, iam Du Mesnilins (p. 54 sq.) et Schmidius (Der Atticismus in seinen Hauptvertretern von Dionysius von Halicarnass bis auf den zweiten Philostratus p. 423) sat multis exemplis allatis probarunt. E. g. Pisc. 51 οἵτος γοῦν καὶ κτίστος ἐπὶ νεφελήν γετὰ τῶν ἄλλων sc. ἥτω. Dial. Mer. 3, 3 φιλοτρόπερον, ὡ θηρίατος, sc. ἐποίητος Iup. trag. 46 εὐ γε Τηρόντεις ταῦτα καὶ ἵσχυρώτεροι τῷ παραπλεύρατι sc. εἰρηνάτοις. Si igitur ἡταν ad priorem tantum enuntiati partem referamus, hunc sensum habemus: Seytha antiquitus sagitarii erant (et etiam nunc sunt), iam autem disertos quoque se praestant. Imperfecto quidem id significari constat, quod tempore præterito existere cœpit et usque ad nostrum tempus pertinet.

Pag. 11 G. plura de c. 9 exponit, quae quamvis subtilia sint, tamen non plane probanda videntur. Non satis perspicuum esse, quid in enuntiato σύγροται ὡρὴν ἐκποδῶν ἀποπέμψεις οἱ πόλλαι ἐκεῖναι τραχωδῖαι. τοῖς κενοῖς . . . ἀπολεπούσαι νοξ τραχωδῖαι valeat. Nam ea, inquit, quae antecedunt: οὐτὶς ὁπόται ὡρὴν οἱ τραχωδῶις τὰς ταινίας φύκιας ἐπὶ τὴν σκηνὴν ὀναβήθεσαντες δεκτώται. adducunt ad erendum tragædias, in quibus de amicitia agatur, significari, præsertim cum οἱ πόλλαι ἐκεῖναι voci qua est τραχωδῖαι adiunctum sit; quæ autem sequuntur: τοῖς κενοῖς οὐτὶς κενοῖς προσωπεῖος ἐσκότας ὡρῆς ἀπολεπούσαι, ἢ διηρμένα τὸ πέμπτο . . . οὐδὲ τὸ σμικρότατον φθεγγίται. ad hanc significationem non quadrant, sed ad eam, quam Latinorum quoque vocabulum quod est tragædiae habeat, id est ad magnificas orationes, quæ dici possunt in ore Græcorum esse, avolare tamen, cum officia præstanta sint, similes eos (Græcos) vanis et mutis personis relinquentes, quæ ore hiante ne minimam quidem vocem emittant. Uni igitur eidemque vocabulo alia vis subiecta videtur, si antecedentia respicis, alia si sequentia attendis<sup>4</sup>. Sed verba ὡσπερ τὰ ὄντες σύγροται ὡρὴν ἐκποδῶν ἀποπέμψεις vix exhiberi possunt de orationibus ab hominibus dictis sive habitis: ad tragædias ab hominibus visas tantum quadrant. Cum somniis vero ea quæ vidimus comparari optime possunt, ea quæ quis dixit velut somnium ei avolare dici posse neminem probare puto. Accedit quod scriptor ad rem accuratius declarandam personas ipsas affert (τοῖς κενοῖς τοῦτοι οὐτὶς κενοῖς προσωπεῖος ἐσκότας); nisi hoc loco cogitasset de theatro sive de fabulis illis de amicitia, quæ agebantur, vix ita seripsisset.

Pag. eadem dicit de verbis ὅπερ τῆς Σωθηκῆς ἐπιτίμων ἔσται. quæ in extremo capite leguntur. Quem locum corruptum esse viri docti iam diu intellexerunt; itaque ἥττης Σωθηκῆς scribendum esse coniecerunt. Sed iure ad hanc conjecturam G. adnotat dextram amputari pœnam Scythicae cladi nullo pacto dici posse. Optime O. Spathius verba in ὅπερ ἥττης Σωθηκῆς ἐπιτίμων ἔσται mutari vult. Hanc conjecturam, quam ut hic adscriberem, benigne mihi permisit. fecit collatis verbis De saltat. 4: παρ’ ὅσου τοῖς μὲν τοῖς λότοις γενεταιμένοις οὐτὶς τῶν Σειρήνων ἀκούσασιν θεῖσθος τὴν τῆς τε ἐδωδῆς οὐτὶς ἀκροάσσεις τούτητιμων.

Ad singula amicorum paria tractanda progrediens G. commune vitium omnibus narratiunculis hoc inesse dicit, „quod amicorum alter omnia in eum collata beneficia iners accipit, nullum ipse alteri officium præstat. neque quicquam agit, quo se dignum amicitia præbeat“. Hoc dignum esse quod tam acriter vituperetur, G. non concedendum est. Narratur quidem a scriptore homines quidam quam bene et insigniter erga amicos se gesserint neque queritur unde amicitiae ortæ sint, mores amicorum quales fuerint. Quæ enim ofæcia Orestes Pyladi præstítit, quæ egit, quibus se amicitia dignum præbuerit, antequam in Seythas venerunt? Nescimus. Pylades vero enim comitatur, omnia perieula cum amico subit, pro illo vel moriturus est; Orestes vero quod eum adiuvat contra hostes aggredientes non nimia laude dignus est. Re vera quod G. de amicorum paribus monet, nos de Oreste et Pylade haud minore iure monere possumus.

Sed hac re prætermissa in totum librum animadvertisit eaque quæ proferantur vera esse credi posse negat; multa exornandi causa et ad gravitatem rerum augendam allata esse. „Quoniam plurima, quæ exornandi causa et, ut gravitas rei augeatur, produntur, commenticia esse patet, et quod nonnullas dialogi narrationes totas non esse veras vel per se appetit, vel facile demonstrari potest, nulla est causa, cur existimemus argumenta nonnullarum non esse ficta, quod eius modi sunt, ut demonstrari non possit ea commenticia esse“. Haec omnia G. con-

eedenda sunt neque quemquam esse puto qui ab eo dissentiat; nec non<sup>7</sup> omni iure iam initio dissertationis dixit ea quae de Seythis inaudita et singularia narrantur, ficta et commenticia esse. Quid inde sequitur? dialogum non a Luciano scriptum esse? minime. Non minus aliis scriptis Lucianus res auget et exornat atque talia narrat, quibus tides tribui requit. Immo vero quærendum est, quid Lucianus rem ita tractans spectaverit. Verisimillimum est scriptorem per totum dialogum ironiam quandam exhibuisse. Uterque enim et Graecus et Seytha ne supereretur timet itaque maxime operam dat, ut res quas narrat quam maximas et clarissimas offerat, et hanc ob rem pauca quæ vera videri possunt mendaciis et commentis circumdat. Quomodo dialogus venustus fit, cum, si res nuda proferrentur, nos minime delectaremur. Hoc esse consilium Luciani iam inde cognosci potest, quod Toxaris iam initio dialogi obtestatur Seythas non eodem modo quo Graeci verbis tantum sed factis amicos se præbere atque rūm iterum atque iterum promittit se simplicissime narraturum esse, quoniam talia sibi narranda sint, qualia omnibus hominibus admirationi sint; sibi quidem haec de causa multis verbis non opus esse. (Conferas c. 9, quo loco Toxaris ad Mnesippum haec dicit: ὅτι δὲ οἱ φῦλοι Σκύθαι πολὺ πατέρες τῶν Ἑλλήγων φύλων εἰσὶ καὶ ὅτι πλειστοὶ φύλας ἡδός παρὰ γῆν οὐ παρὰ θεοῖς ἡδόνις ἐπεδίδουται. C. 25 πάκινοι ἀρεοράται γε ἥδη, μηδὲν δύσπερ τὸ πατέρων συγκατεχόμενος. C. 42 πάκιοι ἔγονοι μὲν τοι γραῦνοι τὸ ἔργον διηγεῖσθαι εἰ δὲ τοι ταῦτα τελεῖσθαι ἔλεγεν, τὸ οὖτα διατάξα τὸ πομφά τὸ γραῦνον τῷ ἡδῷ, οἷα διέτανεν οἱ Δινίδηροι καὶ οὐτοὶ ἐπορθότοι καὶ εἴπει καὶ οὐτοὶ ἐπανήγειροι καὶ οὐτοὶ ἐπεντρύγγοντες οἱ Σκύθαι καὶ ἄλλα ἵποια θρεπτοὶ πατέρωντες πρὸς τὴν ἀπόρετην.) Nihilominus, quod G. rectissime diss. p. 27 adnotat, oratio Seythæ a Graeci oratione minime diversa est. Non minus quam Graeci res, quas narrat, augere et exornare studet neque eius narrationes breviores sunt quam Graeci. Omnia, quæ G. pag. 27 de Seytha grandiloquo et loquaci dicit, vera esse puto. — Nonne igitur appetet Lucianum nihil aliud agere, nisi ut libello suo oblectemur et cum gudio fabulas legamus? Minime vult nos omnia te vera ita facta esse ut narrantur putare, amicos illos præclarissimos admirari dignosque quos imitemur ducere. Multa vero hic G. protulit, quibus assentiri nos necesse est, sed tantum abest, ut ea quæ inde concludenda esse sibi persuasit atque qua rem porro tractans scribit probanda, ut contra haud pauca refellenda videantur.

In singulis enim enarrandis multa esse peccata G. videntur. Jam primæ narratiunculae offendit in verbis (c. 12) πονος ψεύτης ἐπεντρύγγεις ἀποθάνειν περιφέρεντος τὸν Ἀγαθοέλεα, quæ repugnant eis quæ antea dieta sint Agathoëlem a Dinia non pluris estimatum esse quam ceteros adulatores. Hunc locum iure moneri a G. non puto. Agathoëles et Diniæ inde a pueris amicissimi erant; adulescens autem Diniæ luxuria cum nonnullis aliis adulescentibus se dare cœpit et inter convivia amicitiam Agathoëlis oblitus hunc non iam pluris dueit quam compotores suos; immo vero cum Agathoëles incipiat Diniam admonere, ut ab his libidinosis voluptatibus abstineat neque divitias a patre cum labore partas tam temere effundat, hic amicum suum, ut molestas adhortationes effugiat, evitat.

Neque minus non plane probanda videntur, quæ G. deinde dicit. Tum etiam, inquit, hoc inepte fictum est, quod parasiti id studuisse narrantur, ut amore Charicleæ Diniæ incederetur; nam cum eorum interesset, ut ipsi quam maximas ab eo prædas facerent, stulte agebant, si sociam lueri ultro quærebant. Sed vix stulte egerunt adulatores illi hoc modo causas suas cum Chariclea communicantes; nam iam maiores prædas agere possunt quam

pristino tempore, quo nihil aliud nisi convivia impetrabant. Brevi tempore Dinias ab eis nunc omnibus rebus familiaribus privatur. Atque rem ita intellegendam esse patet ex c. 16, quo dicuntur adulatores, postquam Chariclea ad alium adulescentem attenderit animum, statim ad eum transeurrisse, ut nimirum una cum Chariclea huius quoque res et pecuniam elicerent.

Deinde verba c. 13 καὶ δέος οὐδὲν τὸ μῆτι τοῦτοι Χαρίκλεια vituperat. Quae quidem male addi putat, quod antea iam commemoratum sit Charicleam Diniæ, ut eum ad amorem incitaret, litteras coronasque aliasque res misisse. Sed haec vix quicquam valent, quoniam verba καὶ δέος τοῦ in universum dicta sunt neque ad Diniam aut adulatores spectant. Extant enim haec verba: ἡ Χαρίκλεια δὲ τὸ ἀστεῖον μὲν τοῦ γάνημα, ἐπιχειρία δὲ ἐκτόπως καὶ τοῦ προστυχόντος ἀσι. καὶ εἰ πάντα ἐπὶ θλήφιον ἐπελέγεται ταῦτα. καὶ εἰ προσθέτοι ταῦτα μάρνου. εὐθὺς ἐπένειε καὶ δέος οὐδὲν τὸ μῆτι τοῦτοι Χαρίκλεια.

Quod c. 13 et 14 cædem res sæpius iterantur, plura addi non opus est, quoniam iam supra hoc de usu Luciani dictum est.

Perverse dicta esse G. putat c. 15 med. καὶ οὐκέτι ἐγρίπτα πύρος αὐτῶν. Addit quidem: id offensionem habet, quod dicitur Chariclea non iam frequentasse domum Diniæ, cuin ea, quæ c. 16 atque c. 17 proferuntur, clare indicent Diniam in Charileæ domum ire solitum fuisse. At verba num vertenda sint „non iam frequentavit domum Diniæ“ dubito; simplicior vero et probabilius est interpretatio „non iam ad eum ibat“; quod si ita interpretamur, verba etiam ad domum Charileæ referri possunt. Id quidem pro certo stat Diniam non in omnium oculis Charicleam, quippe quæ uxor fuerit, adire potuisse, sed clam aliquem locum aut aliquod in conclave abditum convenisse amantes. Quomodounque res se habet, de Diniæ domo cogitari non necesse est.

Verba c. 17 αὐτῶν τε ἀποκτείνει τὸν Δημώνικα πατέρας εἰς τὸν πρόταφρον καὶ τὸν Χαρίκλειαν, οὐ μαζὶ πληγῇ ταῦτα. ἀλλὰ καὶ τῷ μογγῷ ποιλάκις καὶ τῷ ξύραι τοῦ Δημώνικος ὅστερον perplexa esse G. videntur. Sed hoc loco verba antecedentia enuntiati non prætermittenda erant. Legitur enim ὃ δὲ τοινιδῶν οὐ κακῶν τὸν μογγόν των πληγίων κατέμενον ἀπόταξας ωτῶν δὲ ἀποκτείνει τοῦ. Si ad totum enuntiatum respicimus, nihil sane offensionis inesse manifestum est in verbis „non una plaga Charicleam interficit, sed etiam sera sapere et gladio Demonaetis postea“. Nam ita perbene demonstratur, quanto odio et furore Dinias homo infeliciissimus exarserit.

Ad c. 17 verba καὶ τὸ μέγαρο τὴς ἔω παρὰ τῷ Ἀγαθοκλεῖ διέτερον. ἀναλογιζόμενοι τὰ πεπραγμένα καὶ περὶ τῶν μελλόντων δια ἀποβήσεις ταυτοποιητες recte interpretanda viri doeti ex Alexandro attulerunt verba: κοινωνίας Βοιωτίῳ τῷ γορογράφῳ . . . πολὺ ωκεανοτεύρῳ τὴν φύσιν περιγράψαν γοητεύοντες. Quæ ad hunc Toxaridis locum iure moneri negat G.; dieit enim: „hoc tantum commemorabo: eum quis coniunctus eum aliquo aliquid fecerit, facile apparere atque dici posse ambos id fecisse; cum vero quis apud aliquem commoratus aliquid fecerit, ex hoc non sequi, ut ambo id fecerint“. Non minus subtiliter G. hic se gerit quam aliis locis. Immo vero eum, priusquam tale quid pro certo affirmavit, necesse erat hunc in usum dicendi Graecorum, nominatim Lueiani accuratius inquirere. Nee non iure dici posse puto Agathoem unacum amico suo, cuius saluti semper consuluerat, idem reputasse itaque eum eo coniunctum idem fecisse. Fortasse ad Toxaridis verba locus, qui Bis accus. 32 legitur, melius quadrat: καλῶτε εἴχετε μοι . . . ἐς δὲ τὴν Ἀναδημίαν τὴν τοῦ Λύκειου ἐλθόντα τῷ βελτίστῳ τοίστῳ Διαλόγῳ συμπεριπτεῖν τούτων διαλεγομένων, τῶν ἐπαίνουν καὶ πρόστον οὐ διεργάνουσι.

Lucianum persæpe vel dure vel neglegenter scribere iam dictum est; itaque non iam repugnaturus sum G., qui rursus tales locos monet. Vituperat, ut hæc afferam, verba c. 62 ηδη δὲ παρός ἦν εἴτε κερπίσθαι. ὑπέτροφος ἡμῶν γάρ τινα γλώτταν γάρ τινα δεξιὸν ἀποτετρίζειν δέονται. Quod neglegenter dictum esse contendit, eum dicendum sit: «iam vero igitur tempus est diuideandi, utrum tibi lingua an mihi dextra amputari debeat». Melius sane locus dici potuit; sed hæc verba a Luciani scripta esse iam inde appareat, quod perfecti infinitivus pro infinitivo præsentis exhibitus est. Lucianum enim post verba βούλεται. γρῖγνι, δὲν, ἐξεῖναι. alia simili significatione infinitivo perfecti pro infinitivo præsentis sæpiissime usum esse a Du Mesnilio comment. pgg. 12 et 13 multis locis allatis probatum est.

In enuntiato c. 61 γάρ τοι δὲ φέροντα τὸ βρέφος εἴπετο ἀκολούθεν καλεῖσθαι καὶ τὴν κόρην. γάρ δὲ ἡμίχλειτος ἄρτιστα τὸ πατέρον ἐν τῆς σχημάτῃ μόλις διεπίδηρε τὴν ψλόγην offendere G. contendit pronomen γάρ δέ; nam eum qui legat, propterea quod κόρην vocem γάρ δέ pronomen proxime sequatur. aliter intellegere non posse, quam si verbis γάρ δέ ἡμίχλειτος . . . puella significetur. Sed constructio verborum vix tam aspera est, ut ita vituperetur, quoniam statim additis verbis ἄρτιστα τὸ πατέρον intellegitur, quænam verbis γάρ δέ significetur. G. si omnes in libellos eadem subtilitate animadvertisset, certe multos locos asperos invenisset atque haud scio an non minore iure hoc loco offendisset: οἱ δέ διατυπεῖς ἡμᾶς ὁσδύνονται στεφανοῖς ὡς τοὺς ἄργοντα. παρ' ὧν δὴ κατ. (Ver. hist. II, 6.)

Quod G. c. 12 verba ἐν τοσοῦτῳ vituperat eaque satis dure dieta putat, eum nulla diserta temporis significatio antecedat, ad quam referantur, afferre velim hanc notionem non hoc uno loco ita inveniri. Eodem modo, ut hos locos moneam, legitur Dial. Mar. 5, 1 ὁ γάρ Λοστεῖδῶν ἐκεῖθεντος μετὰ ἀκούμαντον ἐν τοσοῦτῳ φυλάκτου τὸ πέλαστρον et Ἡ Θεῖς μὲν γάρ καὶ ὁ Πηλεὺς ἀπεληγόθετον ἐτὸν θάλασσον . . . γάρ Ερίς δὲ ἐν τοσοῦτῳ λασθοῖται πάντας . . . ἐνέργειαν ἔτι τοσοῦτῳ ἡμίρονται πάχυστον. Neutro loco diserta temporis significatio notioni ἐν τοσοῦτῳ antecedit, itaque mea sententia locus Toxaridis offensionem non præbet.

Eodem modo offensionem habero verba c. 29 οὐδὲν τοιοῦτον G. videntur, cum nihil præcedat, ad quod pertineant. Narratur quidem hoc loco Antiphilus secleris nefasti accusatus, quamquam innocens fuit, in carcерem coniectus ibique crudelissime vexatus esse; pergit scriptor εἰ δὲ ἀκολογοῦσθο ποτε λέγων ὡν οὐδὲν τοιοῦτον εἴργασται. ἀκιτηρυτος ἐδόκει καὶ πολὺ πλέον ἐπιτείτο. Verba οὐδὲν τοιοῦτον ad ea quaæ Antiphilo criminis data sunt bene pertinere quemque assentiri puto, nisi forte quis nimia subtilitate utitur. Neque puto offensionem præbere verba c. 56 πάντι τρυπανά. ὁ Τόξαρης καὶ μάθοις ὅμοιος καὶ θεωρίᾳ μὲν ὁ Λυκούρης καὶ ὁ Λυερος εἰσιν. οἵτις ὄμοιος εἰ γάρ τις ἀπιστοιχία κίνησι, οἱ πάντι μαρτυροῦσι εἶναι δόξειν ἦν, quamquam vox κίνησι male ad verba μάθοις ὄμοια referri, eum interposita sint verba ὁ Λυκούρης καὶ ὁ Λυερος, concedo. Maiorem quidem iure moneri possunt verba Conv. 9 ἐνεδοιάζετο πότερον γρῖγνος Ζηγρόθερον τὸν Στωϊκὸν ἢτε γέροντα γάρ Ερμωνα τὸν Ἐπικούρεον; quem ad locum supplendum est verbum καταπλικεῖται, quod septem versibus supra legitur.

Idem valet ad c. 18 καταπλικέταις δέ κίνησι κίνησι διέτριψεν ἐν Γούρῳ. quæ G. sententia non elegantis sed inflate orationis sunt. Sed quicunque Luciani scripta perlegit, iam cognovit haud raro eum, imprimis in libris, quos invenis composuit, tumidis et exquisitis minimo elegantibus dictionibus uti, quamquam, ut G. verbis utar, tumidum eius modi sermonem in Rhet. præcept. et in libro de conser. hist. vehementer vituperat et acerbe deridet. Simillimus

locus extat Peregr. 4: ὅτε παρὸς ἐξάγειν τοῖς βίοις διέγυρουν ἔκπτων. Tyrannoc. 11 εἰ δὲ ἐψὲ τὸ μηκέτι εἴναι ἔχει.

Ex altera Mnesippi narratiuncula mea sententia optime intellegi potest res consulto a scriptore exauetas esse. Nam ea quae narrantur simplicissima sunt atque talia semper et ubique accidere possunt; cum autem Mnesippus res exornare et omnibus viribus augere studeat, necesse est ineptias eum proferre, quae vix quemquam effugiant. Neque dissentio a G. dicente multum inesse strepitum verborum. Idem dicendum est de fabula sequenti. Quod autem G. monet e. 23 Toxarim aliquid laudare, quod e. 35 irrideat, addere velim Lucianum idem alias quoque peccare. Sed cum G. infra idem impugnet, si ad illum locum progressus ero, ea de re aceratius dicam. Quae G. de quarta Mnesippi fabula exponit, equidem accipio. Talia ei scribunt, qui fabulas fietas ad lectores oblectandos narrant; neque quisquam inveniatur, qui ea vera esse credit.

Pro verbis e. 24 ἐπίγαμος ἥδη καὶ ὀντωκαθηκατίς οὖσα, quae G. inepta dicta esse putat, cum dicere aptius potuerit scriptor ὀντωκαθηκατίς ἥδη καὶ ἐπίγαμος οὖσα. editores iam scripserunt ἐπίγαμος ἥδη ὀντωκαθηκατίς οὖσα.

C. 26 ἀφορῷ δὲ ἐς τὸν φίλον καὶ τὸν Μενεκράτην, quem locum G. monet, quod supervacuo notio singularis generali notioni adiuncta videatur esse, Madvigius (Advers. crit.) sanare conatus est scribens οὐδὲν pro οὐδὲν enuntiati sequentis et enuntiatum hoc antecedenti enuntiato adiungens, ita ut legatur . . . . ἀφορῷ δὲ ἐς τὸν φίλον καὶ τὸν Μενεκράτην οὐδὲν αἰτεῖται γείρω πρὸς φύλακας ὑπὸ τῆς φύσιος τῶν ἔξακοσιών γερονέων. Mutatio hæc lenis num probanda sit neend in medio relinquam.

Verba e. 24 hæc φύλακα δὲ αὐτὸν ἡγίαν θυράτηρον αἴτη ἐπίγαμος ἥδη ὀντωκαθηκατίς οὖσα, ἦν οὐδὲ μετὰ πάσης τῆς οὐσίας τοῦ πατέρος, ἵν πρὸ τῆς καταδίκης επέκτητο. ἡξιώτεν δὲ τις τῶν γε ἀγενῶν καὶ πενήτων ἁδίως παραλαβεῖν οὗτος καπισδάμονα οὖσαν τὴν ὄψιν plane perversa esse et nescio quid a communi intelligentia alienum continere G. videntur. Dicit quidem hæc fere verba expectari: pater Meneerates bonis publicatis tristitia affectus est, quia videbat, fore ut nemo hominis pauperis atque capite deminuti filiam deformem in matrimonium ducere vellet, eum divitis atque nobilis etiam turpem filiam fortasse iuvenis ignobili loco natus et pauper uxorem duxisset; scriptorem Toxaridis autem perverse exhibere: „Meneerates, bonis privatus capite deminutus, maxime maestus erat propterea, quod filiam iam nubilem habebat, quam ne omnibus quidem in dotem collatis fortunis, quas antequam damnatus erat possederat, ullus homo ignobilis et pauper uxorem ducere voluisse“. Sed non puto G. recte indicasse. quoniam in interpretatione vocabulum ἥδιος plane neglexit. Sensus quidem hic est: donec Meneerates dives erat, sperare quidem potuit inveniri fortasse quemquam iuvenem, qui filiam quamvis turpissimam in matrimonium duceret, nunc autem omnibus bonis privatus omni spe deiectus est neque quicquam boni eventurum ei sperare licet. Coneendum est a scriptore rem nimis exauctam esse, ut demonstretur, quanta et quam mira benignitate Zenothemis in Meneeratem fuerit, sed locum tam ineptum esse, ut appareat scriptorem hominem ingenio tenui fuisse, nolo assentire Guttentagio.

Maxime invehitur G. in ea quæ e. 26 narrantur, infantem in curiam latum arrisisse senatoribus manibusque plausisse atque hoc facto graves illos atque severos viros misericordia fractos esse. Nihil ei opponendum est neganti talia commenta, quae in fabulis romanensibus legi solent, Luciano digna esse, sed ea a Luciano non scripta esse his verbis non probatum

est. Immo vero iam inde perbene intellegi posse videtur Lucianum scriptorum aetate sua florentium commenta et rationem scribendi imitatum esse.

Mnesippi verba (c. 26) τοιχία ὁ Ματταλεύτης θέλει τὸν Ζηρόπετρον εἰργάζειν ὥπερ τοῦ φύσιον, ὡς ἀράς, οὐ μηρά σῶδε ὅπερ ποιήσων ἐν Σφικτῷ γενέμενα. οὐτε καν τὰς παιδαρίας ἀναρρίψεις τὰς παιδίστας ἐπέγειται: λέγονται νῦν digna sint, quae tam acerbe vituperentur, dubitanum est. Est quidem iocus lenis, quo Græcus Seytham cavillari conatur. Aliis quoque locis (cf. c. 11) Mnesippus Toxarim leniter illudere solet.

Quintæ narratiunculae c. 27 verba καὶ διποτε ὁ μὲν Δημήτριος ἔποικον ἐς τὴν Αἴγυπτον ἀποσθητῶν νῦν recte a G. moneantur dubitare velim. Haec dicit G.: primum quidem negligentissime, cum c. 27 dictum sit amicos in Aegyptum navigasse (πονευπλεύσας γὰρ ἐς τὴν Αἴγυπτον ὁ Δημήτριος Ἀντιφίλῳ) atque eos advenisse Alexandriæque morari appareat, infra scriptum est aliquando accidisse, ut Demetrius peregrinationem in Aegyptum susciperet (καὶ διποτε κατέ): quomodo enim fieri oportet, ut is qui in Aegypto iam moratur, in Aegyptum proficiscatur?\* Sed mea sententia non est, quod locum corruptum aut perversum existimemus; nam ἀποσθητειν verbum per se non significat e terra in aliam discedere, sed tantum locum aliquem deserere. Hanc significationem simplicem Lucianum adhibuisse probatur aliis locis; afferam Phalar. II, 6 δὲ ἕσμεν οὐδὲ πῆγοι τοῖς παισιοῖς ἀποσθητηκότα. De dea Syria 33 ἀποσθητέον δὲ δις ἐνάστου ἔτεος ἐς Θάλασσαν ἐς πομπόν τοῖς εἶπον ὄντας et 36 λέγει δὲ καὶ τοῖς σημεῖοις πέρι. κατέ γράπτι, μη ἀποσθητέον τοῖς εἶπον ἀποσθητηκόν. Liber de dea Syria iam a viris doctis Luciano denegatus est. Nuper autem Rothsteinus (lib. p. 37) genuinum esse cum contendit his verbis: „Similis condicio est libelli De dea Syria, in quo Luciani patria adeo aperte indicatur (c. 1 et 60) ut, si esset non Lucianus, fingendus esset imitator imitatus Lucianum imitantem Herodotum. Quæ autem ad hunc libellum et ad opusculum De astrologia de dialecto monuerunt, quam rem eur credamus diligentius quam cetera solet tractasse Lucianum non video; iis non plus probatur quam eo quod superstitionem quæ in utroque libro apparet a Luciani ingenio abhorrire putaverunt, eum tamen fictum hoc quoque esse ad Herodoti exemplum et per se appareat et dudum observatum sit, neque minore iure offendas in Veræ historiæ libris, quorum comparatione libellus de dea Syria optime illustratur“\*. Quoquo modo res se habet, id constat verbum ἀποσθητειν hanc significatione usurpatum legi. Vix igitur negandum est ἀποσθητέον ἐς τὴν Αἴγυπτον quadrare; Demetrius enim ad pyramidas visendas Alexandria decessit et in Aegyptum penetravit. —

Ad ea, quæ G. deinde hæc de fabula, qua Antiphili et Demetrii amicitia narratur, multis verbis disserit, nihil addendum est; omnes enim ei consentiunt, res ita narratas esse, ut vix quisquam eas re vera accidisse putet. Hoc tantum monendum est. Cum amici illi, quod non eum aliis effugere e carcere conati erant, ab Aegypti praefecto e vinculis emitterentur, non accipiebant hanc gratiam, ne viderentur propter misericordiam tantum emitti (c. 33 ὅδος οὐκ ἐνεῖναι γε ἡγάπετραν οὐτως ἀπομενον). ἔποικος δὲ ὁ Δημήτριος καὶ δενδρὰ ἐποιεῖται ἀπότομος οὐ μηρά, εἰ δέξουσι πανούργοι: ὄντες ἐλέω γε ἐπεινω τοὺς μη, ἀποδηματικοὶ ἀπειστηται). Postulant igitur, ut quæstio habeatur. Nunc vero quæstione iudices intellegunt amicos innocentes esse et eos omni erimine absolvunt. Jam omnia bene se habent. Sed c. 34 scriptor ad hanc quæstionem habitam enarrandam redit, ut quanta et quam insignis amicitia illorum fuerit accuriatus et disertius explicet; iam dicit: . . . καὶ σύντονές ἂν τοὺς λόγους διεξήλθον παλλούς καὶ ἀγαθούς ὄντας, οὓς ὁ Δημήτριος εἶπεν . . . ὥπερ τοῦ Ἀντιφίλου, καὶ δικρονῶν προτέτι καὶ ἵκετεύον καὶ τὸ πάν-

ἐξ ἑαυτῶν ἀνθεξόμενος . . . Quos ad locos G. haec adnotat: „atqui quid flendo et supplicando aliud efficere potest, quam ut misericordiam iudicem concitet, cum tamen nolit videri se et amicum a praefecto propter misericordiam ex custodia emissos esse? Porro non vult se celestus videri, nihilominus totius rei culpam ipse præstat!“ Quae a G. iure dicta esse neminem negare puto; nam re vera loci inter se repugnant. Sed minime inde concludi licet haec a Luciano non scripta esse; nam haud paucos locos apud eum invenimus, quibus idem peccat. Hos affero: Philops. 20 legimus οὐτος ἐπεγγίρητε νυκτὸς ὑψηλέσθιαι πάντα ἐκεῖνα καὶ ὑψηλέσθιαι κατεβεβηκότι γῆδη τηρήσας τὸν ἀνθράκα. Voces πάντα ἐκεῖνα significant aurum et argento, quod partim ad pedes statuae positum partim in corpore eius infixum erat; quomodo igitur omnia surripi potuerunt, cum statua omnino non adesset? Simili modo de merc. cond. 39 θυλάκου δὲ μεῖζω τὴν γαστέρα ἐργαστέμενος, ἀπλύρωτόν τι καὶ ἀπαράτητόν τι κακόν non quadrant ad ea quae antecedunt, quoniam supra (c. 29) dictum est philosophum, de quo dicitur, non satis eibi accepisse. Dial. meretr. 15, 1 legitur ὅτε εὖ σίδη εἰ βιώσεται ὁ ἄνθρωπος et paulo infra c. 2 ἀπέργεται δὲ καὶ ὁ γεωργὸς ὀλύρευνός τινας γῦνας τῶν ἀστικῶν. οἱ παραδόσσονται τοῖς πρωτανεῦσι τὸν Μεγαρέα. Quae quamquam inter se discrepant, tamen ad eundem hominem pertinent. Afferri etiam potest Dial. mort. 7, 2 verba ἐγὼ δὲ ψήσκα μάλιστα ἐπιτάχη ἐκείνην ὑποβολήσας ἀντ' ἐκείνην νεκρός repugnare sequentibus, quibus is qui veneno necatus est narrat, quae post mortem in terra facta sunt. — Quae cum ita sint, non est quod offendas c. 39 verbis καὶ τὰς ἀμάξικας κατελκυθήσονται, καὶ τάραθρους τὰς πλεύστους ἀλισκορένατ. Paulo supra quidem narratum est viros militares aut occisos aut vivos captos esse preter nonnullos, qui flumen transnatarint. Quem locum G. pagg. 27 et 28 tractat.

P. 26 G. dicit: „quæstione autem habita, tormentis servis interrogatur. Sed quid opus erat tormentis, cum servus herum affinem esse sceleris non diceret? Faciamus tamen Antiphilum falso insimulatum esse, nonne servus tormentis conspectis statim herum innocentem esse confessus esset. Multa iam absurdia legi, absurdiora quam haec legi nulla“. Sed minime absurdia haec sunt, quoniam Graeci servos in iudiciis tormentis dare solebant. (Cf. Meier und Schöemann, Attischer Prozess). —

C. 38 neglegenter dictum esse ἐπαίνῳ τῷ μὴ ἀποδράντῳ ὑψηλέσθιαι. cum vix recte dici possit quemquam emitti propterea quod laudetur. Accipi fortasse potest Lucianum ita pro ἐπ’ ἐπαίνῳ scripsisse. Alli quoque loci inveniuntur, quibus easum constructiones inusitatas exhibet. Du Mesnilius pagg. 8—10, Schmidius pagg. 236, 237 exempla panca adnotant.

Septima narratiuncula optime intellegi potest Seytham ipsum, quamquam sæpius contendit se res simpliciter enarrare neque eas augere Graecorum more, quam maxime operam dare, ut omnia quae a suis popularibus gesta sunt ita narret, ut quam maxime mira et difficultima ideoque summa lante digna videantur. Qua de causa Seytha hoc modo narrans inducatur a scriptore iam supra dictum est. Omnia igitur quae G. ad hanc fabulam adnotat placent, quamvis haud scio an non nunquam nimis severe in res inquirat. Attendamus fabulam: Basthan quendam leo petit; amicus qui astat, statim accurrit et hominem infelicem bestia animo forti liberat. Res simplicissima paucis verbis dici potnit. Sed quam diserte et quanta verborum abundantia Toxaris hoc factum amici narrat! Non aggreditur Belitta homo ille fortissimus leonem eumque gladio ferit, sed „consistit in tergo leonis, irritando cum in se avertere studet, digitos per dentes bestiae inserit, ut amicum ex ore eius liberet eumque fera

a semianimo Basta se in Belittam averterit eumque amplexa sit, tum graviter vulneratus moriensque eam transfigit". — Quod autem G. dicit omnes viros doctos intellexisse hanc narrationem fictam esse, quod in Scythia leones non sint, tales lenes errores apud Lucianum extare haud paucos afferendum est. (Cf. De p. mere. cond. 37, De dea Syria 35, De hist. conser. 38, Dial. deor. 24, 2). Equalem talem errorem Luciani neglegentie tribuendum esse puto, non inde apparere non Lucianum sed scriptorem quendam ineptum hunc locum seripsisse.

Non minus quam aliis locis, qui iam tractati sunt, nimis severe et accurate impugnat G. verba quae extant c. 53 τοῦ δὲ προτοῦ τοῦ ἀνθεμίου τοῦ θεάτρου καταπλήσιος καὶ γέρων ὑπολογούμενος. Quem argente inepientem Toxarim dicere G. contendit; tamen solent homines, inquit, magna re attoniti omittere quod facere debent: videturque Toxaris significare Arsaciam, nisi necopinata re obstipisset, Macentae gratias acturum non fuisse". Mirandum esse deinde dicit quod Arsacomas copide, gladio salei simili, Adyrmachum usque ad cingulum findat (c. 55 καὶ πατέτεται τῇ παρὰ τὸν κύριον πόλην τῆς Λύρας διέτεται). Quo iure G. putet hoc instrumento graviter vulnerari non posse, in medio relinquamus. Sed non negligendum est Perseum simili instrumento ornatum singi solere. Lucianus ipse De domo e. 22 exhibet καὶ τὸ γένος ὅσον κίριος εἶδε τὴν Μίδωνας γῆτη λιθοῖς τοῖς σύστοις ἔμβογον μένει. τῇ χρυσῇ κόπτεται: et Dial. mar. 14, 2 τῷ δεξιῷ τὴν ψραπῆριν ἔχειν, κόπτεται τὴν καρπίδην τοτῆς.

Monet deinde G., quae sua sententia contra logica praecepta disposita sunt. Nonnunquam enim Toxaridis scriptorem, cum quedam ita exposuerit, quasi sequantur ex eis, quae antecesserint, quorum causa igitur antecedentibus continetur, eorundem novam causam postea adiungere, cum utraque aut antecedere aut sequi debeat. Iluius generis tres locos affert, quibus il quod monet peccatum re vera continetur. Sed minime hac re adduci nos licet, ut negemus hos locos dignos esse, qui Luciano tribuantur, quippe qui, ut iterum Rothsteinii verba afferam, a cogitandi et dicendi severitate illa quae ab antiquis scriptoribus posci solet quam maxime absit. Unum quidem ex tribus locis accuratius attendamus. Dicit G.: *in e. 29 hoc ὑπενθετεῖ τοιχαρῶν γῆτη καὶ πονήρως εἴγενι*, ut τοιχαρῶν docet, ex antecedentibus colligitur, et tamen postea alia morbi causa additur (*οἷον εἰκὼν γραπτὴ κατειδόσα . . .*)". Neglegenter hoc a scriptore dictum esse non negandum est; sed hanc rationem a Luciano non alienam esse haud scio an bene intelligi possit simili loco, qui extat Dial. mort. 6, 3 τοιχαρῶν γῆτων ὑφίστανται πρὸ ἐπειδήντων αποτροπόμενοι, καὶ τοιχαρῶν τοῖς πολλοῖς γῆταις γένεται ὁ τῷ γέρῳ ὑψεις ἐνεδούς ἀποτάνειν εὑρεθεῖς, τοσούτῳ πάστων γῆδις προσαποτανεῖν ὕψεις κίταν.

In eis quae Toxaris c. 57 de sycophantis dicit G. offendit, quoniam homo tum primum in Graciam profectus, sycophantarum notitiam nondum habere possit. Item ei non placent c. 60 verba ταρπόνεται κάτοικος παραπλήρωτος εἴρησις ὑποτροφίης τὴν ἴρρων. Quomodo enim eius, qui adversus pugnet, poples cardi possit, se non intelligere profitetur. Sed nimia subtilitate hic usus est. Utriusque loci difficultas talis est, ut is tantum offendat, qui operam dat, ut locos difficiles indaget neque praeter G. vix quisquam falsi quicquam extare dieat. Praterea G. verba „neque dubito, quin Lucianus etiam hoc vulnus in illis ἡμιτάναις τραχυταῖς numeraturus fnerit, quae in libro de conser. hist. e. 20 irridet“ non probanda esse loco illo adscripto optime appareat. Legimus enim οὗτος δὲ οὐν καὶ τραχυταῖς τοιχαράθε πάνω ἀπ.θυνα καὶ ιανάτονις ἀλλοκότονος, ὃς εἰς δάκτυλον τοῦ ποδὸς τὸν μεγάλην τροικής τοὺς κάτικα επεκενθέτει. καὶ ὃς ἐμβούλαντος μόνον Πρίσκου τοῦ τραχυταῖος ἐπεὶ καὶ εἴκοσι τῶν πολεμίους ἔξεισθαι.

Verba e. 61 καὶ ἔρθη διεκπαίσας καθ' ὁ μηδέπω τελέως ἀπεκέκυντο ὅπὸ τοῦ πυρός Jacobitius ita interpretatus est: „erupit ea parte domi, qua ea nondum plane incendio deleta fuerat“. Quae interpretatio G. non probatur; nam si ita interpretemur, statuendum esse reliquas partes domi iam plane incendio deletas esse et ita mirandum esse amicos in domo ineendio maxima ex parte plane deleta integros mansisse. Evidem, pergit, ne hoc quidem intellego, quomodo minore eum periculo Abauchas ea parte domus eruperit, quae incendio nondum plane deleta fuerit, quae igitur tum maxime flagrabat. quam ea, quae incendio iam tota consumpta fuerit. Haec omnia recte a G. adnotata neque Jacobitii interpretationem probandam esse, omnes puto consentire; inde autem putari non licet verba ipsa maxime implicata vel absurdā esse, quoniam Stephano auctore multi loci apud scriptores Graeos inveniuntur, quibus verbum ἀποκειθαι idem valet quod „aduri“; qua significatione exhibita locus plane nullam offensionem præbet.

Subtiliter G. monet verba eiusdem capitinis ἀλλὰ παῖδες μὲν καὶ ἄνδρες ποιήσασθαι μοι ῥάβδον καὶ ἀστῆρα εἰ ἀγράθοι ἐσονται ὅτου. Haec potius sua sententia scribi oportuit ἀλλὰ παῖδες μὲν εἰ ἀγράθοι ἐσονται ἀστῆρα. καὶ ἀλλοις ἄνθραις ποιήσασθαι μοι ῥάβδον.

Jam ad finem Guttentagii dissertationis pervenimus. Certe nobis concedendum est, haud pauca inveniri in dialogo, quae minus placent neque omnia quae leguntur facile intellegi; sed quomodo cunque res se habet. multum abest, ut Guttentagio assentiamus, ut contra contendi licere putemus, ab homine nullo Toxarim spurium esse argumentis ad probandum firmis iam demonstratum esse. Difficultates si quae iam extant hoc in libello, a viris doctis fore ut solvantur speremus.

Constat quidem Luciani rationem grammaticam multas in parte a ratione Atticorum discrepare; quod iam ante complures annos Du Mesnilius commentatione, quae inscribitur: „Grammatica, quam Lucianus in scriptis suis secutus est, ratio cum antiquorum Atticorum ratione comparatur“ et nuper W. Schmidius libro „Der Atticismus in seinen Hauptvertretern von Dionysius von Halicarnass bis auf den zweiten Philostratus“ summiopere demonstraverunt. Nonnulla hic adscribantur, quae hi viri docti e Toxaride monuerunt.

Aoristus gnomicus Du Mesnilio teste apud Lucianum persæpe invenitur, quo scriptores attici raro utebantur. Praeter multos alios locos Du Mesnilius adnotat etiam Tox. 48 ἐπειδὴν ἀδικηθεῖς τις πρός ἑτέρου ὡφελεύσθαι βούλομεντος οὐκ κατ' ἔργον σιν ἀξιόμαχος ὁν. Βούν ἵρεύτας τὰ μὲν κρέαν παταγοῦσας γέμεται.

Sæpiissime Lucianus infinitivo perfecti pro infinitivo praesentis utitur post verba volo, oportet, deceat aliaque, quem ad usum Latinorum exemplo adductus esse Du Mesnilio videtur. Ex Toxaride e. 62 verba adnotanda sunt: οὐδη̄ δὲ καρπὸς ἦν εἴη κεκριτεῖν. ὀπότερον γέρων γι τὴν δεξιὰν ἀποτελεῖσθαι δέοι. qno de loco iam supra dictum est.

De modorum imprimis de optativi usu Du Mesnilius et Schmidius multa monuerunt. Ex Toxaride adnotanda sunt verba e. 37: τότο γένεις ἐπι τῶν φίλων ποιεῖν ἀξιόμεν . . . ως μὴ διαμαρτύρονται τῆς φίλιας μηδὲ ἀπέβλητοι δέξομεν εἶναι. Plures quam quinquaginta locos Schmidius adnotavit, quibus eodem modo optativus pro coniunctivo usurpat. Præterea hi loci Toxaridis monendi sunt, quibus optativus non bene exhibitus est: e. 11; 24; 52. Compluribus locis Lucianum post particulam εἰ coniunctivum scripsisse Du Mesnilius p. 23 docet. Huc speant verba, quae extant Tox. 7 εἰ δέ τι καὶ μικρόν πι ἀνταπείσῃ κατοικεῖν.

Sæpiissime pro τῷ Lucianum γῆ exhibuisse et a Schmidio et a Du Mesnilio demonstratum

est. In Toxarido hi loci extant: c. 5 καὶ λέπει τε οὐδέν, δὲς ἔνοι τίσαν. ἀλλὰ μὴ Σκόθαι. ἐγκαθίσεις πεντάτετραι. c. 16 μέρηται, δὲς μὴ πολλοῖ γρήνοι ἀρίσται. c. 20 σφές δὲ ἐπιτίθεσται μεν αἵτοις βογῆται . . . . , μὴ διηκατέται δὲ μεγάλῳ τῷ πανθύραι: ἐλαυνομένους. c. 27 ἔκουε γάρ τοῖς τοῖς ιδιάλας οὖσας μὴ παρέχεται πατέν. c. 40 ὁ δὲ λόρρως ἔτει μὴ γάρ προίρεται. εἰ μὴ μερίδα διπέρ αἵτοις λέζαι. c. 61 ἔρθη διεκπαίτηται ακεφαλητοῖς πατένταις. c. 12 ἡ αἵτος εἰδὼς τὴν παρὰ ἄλλου . . . . μηδὲν παρὰ ἑρωιστοῖς ἐπιτραγῳδῶν. c. 30 ἀπαγορεύοντος δὲ αἵτοις καὶ μηδὲ σίτον αἱρετάται θέλοντος. c. 35 πλὴν ἀρξομένη γε τῇ μηδὲν ὕστερ τὸν κατλαλογράψανος.

Aliis autem locis, quibus μή ponendum erat, Lucianus sibi exhibuit. Du Mesnilius prater alios multos locos Tox. 48 monuit: ἐπειδὴν ἀδικηθεῖται τοι πρὸς ἑτέρου ἀριθμούται: βούλομενος τῷ κατ' ἑρωτὴν οὐκ ἀξιόπιστος ὄν.

In præpositionum usu scriptorem maxime ab Atticorum ratione decedere Du Mesnilius et Schmidius accuratissime demonstraverunt. E Toxaride afferri licet c. 63 ἐπὶ τῇ Τελλάδοι, quæ eloctio aliaque similes apud Lucianum sapissime leguntur. Eadem præpositione cum dativo coniuncta pro περὶ eum genitivo aut accusativo usus est; præter Pseudol. 3, Herod. 1, Tox. 4 quoque (τοιούς ἐπὶ τῷ πλῷ) adnotari potest.

Articulum a Luciano non semper recte usurpari et Du Mesnilius et Rothsteinus docent. Huc Tox. 49 spectat τὰ νονά τρίτα καὶ τὰ κατ' ἴμεραν ἀξιότων, quibus cum verbis Rothsteinii diss. p. 90 conferuntur Iup. trag. 13 τὰ νονά καὶ τὰ κατ' ἴμεραν τοῦτα.







PA  
4230  
T6K74

Kretz, C.  
De Luciani dialogo  
Toxaride

PLEASE DO NOT REMOVE  
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

---

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

---

